



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Ioannes Eleemos. 23. Ianuarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

AN.
at
lu-
bus
unc
idet
pe-
quo
esq;
tra-
pe-
lito
est
s ?)
ter-
bias
um
eo,

rii.
sul
III.
ias
ra-
idè
la-
re,
us,
on
vir-
ra,
um
ei,
iu-
23. I A N . *Vita Sanctorum.* 57
equuleique & obelisci sequebantur. Inde è ferro manus, galeæ, styli, subulæ, unguilæ, laminæ, pectines, rotæ, grabati, fornaces, omnia à flammis ignea. Ostē-debantur adhac picis, olei, sulphuris liquati & vivæ calcis vis ingens, major minarum tyrannicarum, multo maxima blanditiarum, opumq; frustæ promissarum. Visebantur ergastulorum carcerumque simulachra. Ipsum mare captivum ducebatur, & præter alias deictas urbes Ancyra, Nicomedia, ipsa adeò Roma gerebatur, & triumphata triumphos suos erubescerbat. Currunt leones (pedes etiam triumphantis lambere edocti) trahebant. Hunc secuta innumera turba est pileata, omnes è Deorum servitute in Christianam libertatem CLEMENTIS virtute asserti. Tot cæli cives servati totidem Servatori suo coronas porrigebant, addidit cælum triumphalem, Angeli plausum, & carmina. Nos ignavi triumphos laudamus, & pugnas horremus. Ex Surio.

S. IOANNES E L E E M O S.

23. Januarii.

CVm annū ageret XV. IOANNES, misericordia divina manifestā in luce sponsam se ei obrulit. Annuit continuò. Et ratum conjugium Superi habuerunt, dotemque addiderunt, tam opulentam, ut semper deinde haberet,

D 5 quod

58. *Vita Sanctorum.* 23. I A N.

quod in egenos effunderet. Archiepiscopus jam Alexandrinus lustrum egit clientum suorum , hoc est, pauperum, numeravitque septies mille & quinquaginta , quibus omnibus deinceps in singulos dies victum subministravit. Sed nec ulli alii piam manum unquam subduxit, ut meritò id certaminis cum DEO suscepisse sit visus , plúsne hic dare, an reddere ille posset. Munificentiam vel ex eo vide , quòd ultimum ægrotanti unicus super teruncius fuerit vix naulum morituro. Ipse in testamenti sui tabulis reperiſſe ingenuè se fatetur in ærario auri pondo octies milles , & hæc decies millies , & amplius aucta dilapidasse se in pauperes gloriaatur. Anno igitur D. XCII. è corporis ergastulo in palatium abiit, quod piæ ipsius munificenþæ structum in cœlo Troilus vidit , & verò invidit posteà, cùm tam bonæ prodigalitatis æmulus est factus. Venienti obviam IOANNI sua è calo Sponsa processit cœlestis auxili cubiculario comitata, manuque per amanter prehensum ad DEI conspectum deduxit. Ipse IOANNES nec mortuus sibi dissimiliß , oleo , quod è tumulo suo dedit, in miseros mitis esse perrexit. *Ex Surio.*

SALDE